Altile/non ſic ei pectoris ira piper
Non verubus voluuntur aues/guſtuſqȝ saporis
Iudex/non ſtudet hic intitulare merum
Nullus adulatur/ſentencia nulla palati
Queritur hic ſatis eſt pacificare famem
Sufficit hic quicumqȝ liquor/cibus omnis/vt eſca
Sit quecumqȝ fames victa/liquore ſitis
Preſtant nulla gule/nature paucula vite
Vſum/paupibus plurima/cuncta deo.

De vita curiali et ſolitaria. Capitulum.xij.

Oracius — SI pranderet olus pacienter/regibus vti
Nollet ariſtippus/ſi ſciret regibus vti
Faſtidiret olus/qui me notat vtrius horum
Facta probes et dicta doce vel iunior audi
Cur ſit ariſtippi melior ſentencia/namqȝ
Mordacem cinicum ſic eludebat vt aiunt
Scurror ego ipſe michi populo tu/rectius hic et
Splendidius multo eſt/equus vt me portet/alat rex
Officium facio/tu poſcis vilia/rerum
Dante minor/quāuis fers te nullius egentem

Explicit liber Sextus.

Incipit liber Septimus. De luxuria. Deſcriptio luxurie. Capitulū primum.

Dares. — REnatrix hoīm vernat ven⁹/o fuga morū
Bella ciet/vitrixqȝ placz/mūdūqȝ ſupbit
Impijs caſſiſſe ſuis heu rara ſcauris
Aurea/car⁹ amor morum/quippe ardua frangit
Virus dulce/pie ſirtes/amencia ſimplex
Molle malum/morbus hilaris/ſic vendicat orbem
Exicium venale/venus ſic exit in omnes

De natura et effectu eiuſdem. Capitulum.ij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SEnſi etenim/ mecūqꝫ vtinam deprēderet orbis Iam·
Quā fallax q̄ blanda venus/ nil hoſte polito
Sæuius/ omiſſo vultu mentita fauorem
In planctū amplexus ſoluit/ deſederat vrbes
Arces frangit/ et in ſubitum rapit omnia martē
Cū ventum in cedes cedit/ cum prelia feruent
Frigeſcit/ tunc arma iuuant/ tunc pallas in vſu
Et venus in probris/ cōmercia turpia/ molles
Exacuit/ duros emaſculat/ et rapit orbem
In p̄dam/ cui p̄da venit/ ſic mutuꝰ error
Inuenit alterni ſolacia digna pudoris
Non cogo in certos numero ſum ꝓthea vultus
Non venerem ſemper variam moreſqꝫ pererro
Implicitos/ ſatis eſt aliquo ſi cognita nutu
Non trahat incautum prorſus/ ſed voce monentis
Exemplū cui mūdus erat quis diſcat egere

De duplici motu hominis · Capitulū·iij·

EST duplex hominis motus/ caro/ ſpiritus alt̄ Thobias
Alterius precium dep̄ciare ſtudet
Spiritus eſt ſpōſus/ caro ſponſa domeſticus hoſtis
Sponſum ſponſa p̄mit ꝑnitiore dolo
Militat aduerſus animā caro noxia/ ſponſo
Sponſa nocet/ ſponſe ſponſus amicat opem
Hec nocet/ iſte docet hec deſtruit/ hic ſtruit · iſte
Premiat· hec cruciat· hec p̄mit· iſte gemit
Hi rerum iubar expedias eſt ſpiritus adā
Eua caro/ ſponſi pernicioſa comes
Eua nocens· ade pomū p̄ſentat· amicat
Blandicijs · palpat munere fraude nocet
Alludit caro ſpiritui blandeſcit/ ineſcat
Palpat adulatur/ blandicijſqꝫ ligat

Quā caro ſpiritui dat delectatio/pomū
Eſſe poteſt/ pomū mordet auara caro
In pomo tria ſunt/odor et color et ſapor ꝑmo
Hijs tribus allicitur/ambicioſa caro
Laudis odor/tactus ſapor/et color oris ameni
Sunt in carne quibꝰ illaqueatur homo
A morſu vetito mors dicit̄ omnia mordens
Nominis exponit ſignificata ſui
Spiritꝰ expūgnet carnem/ne ſponſa maritū
Ledat et infligat collatiuale malum
Non in carne tibi fuerit fiducia carnem
Comprime/ne reꝑmat te vicioſa caro

De regendis ſenſibꝰ corporis. Capitulū. iiij.

Thobias Quinqꝫ precor famulos ꝛge q̄s natura miniſtrat
Pſibus humanis officioſa dedit
Viſus/odoratus/auditus/tactus/amicus
Guſtus ventris/opus officiale gerunt
Siquis adulatur ſenſus/ne crede maligno
Sepe miniſterio ſeruꝰ acerbat herum
Viſus obeſt/oculus legatus amoris/adulter
Ventris/opes anime depredare ſolet
Corporis excubias dū ſeruat viſus abutens
Officio mentem vulnerat/ vrget herum
Interius babilonis opes/redimicula mūdi
Nūciat/in mortis dampna feneſtra patens
Carnem delicijs corrumpit inebriat/vnde
Prodit auarus/amor ꝓdit amara lues
Dares. Interpres/cordiſqꝫ vagi/preſencior iudex
Leno oculꝰ/taciti garrit preludia thori
Alanus Talis erit viſus/nullo corruptus abuſu
Qualem/cauſa/locus/tempus/perſona requirit

Qꝫ generalis ſit peſtis luxurie. Capitulum. v.

Quis nubit/ vel quis nunc vxoratur amore — Thobias
Prolis/ quis veneris armiger eſſe negat
Quis princeps/ quis p̄latus/ quid deniqꝫ viuit — Gilberti.
Nil equidem/ quod nō illaqueatur eo
Si verum excucias/ facies non vxor amatur — Iuuenal
Audio quid veteres olim moneatis amici
Pone ſeram/ cohibe/ ſed quis cuſtodiet ipōs
Cuſtodes/ cauta eſt/ et ab illis incipit vxor
Iamqꝫ eadem ſummis ꝑiter minimiſqꝫ libido

Qꝫ diſſimilis ſit luxuria pueri et ſenis. Cap̄. vi.

Non par inuoluit puerumqꝫ ſenēqꝫ reatus — Suſāna
Errat amando puer/ ſeuit amando ſenex
Flamma ſenum rorem venie non impetrat horum
Fornax/ ſedari non ſine fonte poteſt
Extingui leuius puerilis flamma meretur
Rore p̄mi modico flamma nouella ſolet
Turpe ſenex miles turpe ſenilis amor — Ouidiꝰ.

Qꝫ maior ſit luxuria mulierum q̄ȝ viroꝝ. Ca. vij.

Acrior in nobis/ nec tam furioſa libido eſt/ — Idem.
Legitimū finem flamma virilis habet
Biblida quid referam vetito que fratris amore
Arſit/ et eſt laqueo fortiter vlta nefas
Omnia feminea ſunt iſta libidine mota
Acrior eſt noſtra pluſqꝫ furoris habet
Femina nec flāmas nec ſeuos diſcutit arcus
Parcius/ hec video tela nocere viris.

Unde habuerit originem luxuria. Capitulū. viij.

Unde hec monſtra tamē/ vel de quo fonte req̄ris — Iuuenal
Preſtabat caſtas humilis fortuna puellas
Quondam/ nec vicijs contingi parua ſinebat

Tecta labor/ſompniqȝ breues /et vellere cuſto
Vexate dureqȝ manus /ac proximus vrbi
Hanibal et ſtantes collina turre mariti
Ouidi9. Forſitan antique tacio ſub rege ſabine
Maluerint q̄ ſe tura paterna coli
Juuenal Nunc patimur longe pacis mala/ſeuior armis
Luxuria incubuit/victumqȝ vlciſcitur orbez
Nullum crimē abeſt/facinuſqȝ libidinis /exquo
Paupertas romana perit crescitqȝ facultas

De indiſcretione mulierum. Capitulum.ix.

Juuenal Multis res anguſta domi/ſed nulla pudorem
Paupertatis habet/nec ſe metitur ad illum
Quē dedit hec poſuitqȝ modum/tamen vtile quid ſit
Proſpiciunt aliquā do viri/frigusqȝ famēqȝ
Formica tandem quidam expauere magiſtra
Prodiga non ſentit pereuntem femina cenſum
Ac velud exhauſta rediuiuus pulluletarcha
Nūmus /et e pleno ſemper tollatur aceruo
Non vmq̄ reputunt quāti ſua gaudia conſtent
Fortem animū preſtant rebus quas turpiter audent
Intolerabilius michil eſt q̄ femina diues
Geta Femina vult ſudare ſuos /dividitqȝ iubere
Pena tenet famulos innouat illa autem
Ve tibi femineo quiſquis ad acte iugo
Otto Femina queqȝ ſuos placitos ſibi laudat amores
Et vocat vtilius quicquid ſibi dulce videtur

De inconſtancia et malicia mulierum. Capitulū.x

Eſopus Sola premit viuoſqȝ metu/penaqȝ ſepultos
Femina/femineum nil bene finit opus
Alexād Pectore femineo vernalis certior aura eſt
Mollior eſt adamas ſelici que ſolet eſſe

Dura viro ⁝ varium et mutabile femina ſemper ·:Virgi·
Et ꝓprie ꝓprium tenet omnis femina / cꝙ cum Clericus
Corripitur grauior pullulat inde furor Alda
Quis prohibere poteſt pelago ne fluctuet / igni
Ne caleat / ſtudio fallitur ille ſuo
Turpius inſanit / qui feminee leuitatis Ouidiꝰ·
Motum / poſſe putat ſub grauitate tegi
Nec later abſqꝫ luto / nec ſerpens abſqꝫ veneno
Vllus erit / nec fel abſqꝫ ſapore ſuo
Nec vicium cōmune poteſt dediſcere ſexus
Femineus / nec erit femina caſta diu
Confugit ad fraudes innata fallere nata Clericus
Femina / dans ſceleri non reuocanda manus
Que dant / que ve negant / gaudent tamen eſſe rogate Ouidiꝰ·
Vtiam fallaris tuta repulſa tua eſt
Nec credi labor eſt / ſibi queqꝫ videtur amanda
Peſſima ſit / nulli non ſua forma placet
Quecumqꝫ eſt veneris ſubita violata rapina
Gaudent / et improbitas muneris inſtar habet
Et que cum poſſet cogi non tacta receſſit
Vt ſimulet vultu gaudia triſtis erit·

Q vicīū paucaꝝ nō ſit omnibꝰ impōnēdū· Ca·xi·

Parcite paucarum diffundere crimen in omnes Idem·
Spectetur meritis queqꝫ puella ſuis
Semper iniquoꝝ ſcelus impedit acta bonorum Pāphilꝰ
Hic nocet alterius / non mea culpa michi
Penas ſepe luit / quas homo non meruit

De vitanda aſtucia mulierum· Capitulū·xij·

Diſcite ab alternis veſtris timuiſſe querelis Ouidiꝰ·
Qui ſemel eſt leſus fallaci piſcis ab hamo
Omnibus vnca cibis era ſubeſſe putat

Cum bene vitaris tamē auferet/inuenit artem
Femina/qua cupidi carpat amantis opes
Multa rogāt reddenda dari/data reddere nolunt
Perdis et in dampno gracia nulla tua eſt
Si bene promittunt/totidem ꝓmittite verbis
Si dederint/et vos gaudia pacta date
Deſpicite minimo ſepe puella virū

Gri. fil. Si qua ſuum penitus deſtituit femina ſexum
Plꝰ niueo coruo ꝓdigioſa fuit

Quid deceat mulierēs ca. xiij.

Pāphilꝰ Conuenit ē a honor/ vt det rūſa petēti
Et quoſcumqꝫ videt queqꝫ puella docet
Auſcultare licet a reddere verba puelle
Conuenit iſta tamen vt moderamter agat

De pulchritudine mulierum. Capitulum. xiiij.

Ouidiꝰ Forma dei munus forma quota queqꝫ ſupbit
Faſtus ineſt pulchris ſequiturqꝫ ſupbia formā
Vix eſt cum forma magna pudicitie
Quod latet ignotū eſt/ignoti nulla cupido
Fructus abeſt facies/cū bona teſte caret
Spectatū veniunt/ veniunt ſpectentur vt ipſe
Pro ſe queqꝫ patet/et quos veneretur amores
Refert mundicia/crimina nulla meret
Eſt etiam placuiſſe ſibi quecūqꝫ voluptas
Virginibus cordi grataqꝫ forma ſua eſt

Aurora Eſt aurum ſplendens in nare ſuis male pendens
Sic mulier nitida facie/ſenſu malefida

Iuuenal Proles egregia miſeroſqꝫ trepidoſqꝫ parentes
Semper habet/rara et eſt adeo concordia/forme
Atqꝫ pudicitie/ſanctos licet horrida mores
Tradiderit domus /et veteres imitata ſabinas
Preterea caſtum ingenium vultūqꝫ modeſtum

Sanguine feruentem / tribuat natura benigna
Large manu / quid enim puero conferre poteſt plus
Cuſtode et cum natura potencior omni
Concipit ingentes animos fiducia forme
Inq3 modum dominā non ſinit eſſe ſuam                    Pāphil9
Q2 mores ſint ꝑ ſi colendi q̄ꝑ forma. Cap.xv.
Optima ſit in vobis morum tutela puelle                    Ouidius
Ingenio facies conciliante placet
Certus amor morum / formā populabitur etas
Et placitus ruga vultus aratus erit
Ergo fallaci timide confide figure
Quiſquis es / atq3 aliquid corpore maius habe
Sufficit / et longum probitas perdurat in euū
Perq3 ſuos annos hūc bene pendet amor
Sed minimus labor eſt ſapienter iactibus vti
Maius opus mores compoſuiſſe ſuos
Iam molire animū qui duret / et aſtrue formaz
Solus ad extremos permanet ille rogos
De fragilitate forme et ſenectute. Capitulum.xvi.
Forma bonū fragile ē / quātūq3 accedit ad ānos                    Ouidi9.
Fit minor et ſpacio carpitur ipſa ſuo
Nec viole ſemper / nec hiancia lilia florēt
Et riget amiſſa ſpina relicta roſa
Et tibi iam venient cani formoſe capilli
Iam venient ruge que tibi corpus arent
Pulcra decens facies longis viciabitur annis
Rugaq3 in antiqua fronte ſenilis erit
Iniicietq3 manū forme damnoſa ſenectus
Que ſtrepitus paſſu non faciente venit
Labitur occulte fallitq3 volatilis etas
Et celer admiſſis labitur annus equis
Labitur et cito ... feſtinat decurrere velox                    Iuue.

Floſculus / anguſte miſereq; breuiſſima vite
Porcio / dum bibimus / dū ſerta / vnguenta / puellas
Poſcimus / obrepit non intellecta ſenectus
Ouidi9 Quā cito me miſerum laxantur corpora rugis
Et perit in nitido qui fuit ante color
Tempus erit quo vos ſpeculum vidiſſe pigebit
Et veniet rugis altera cauſa dolor
Adde q; et partus faciunt breuiora iuuente
Tempora / continuo meſſe ſeneſcit ager.

De forma virili. Capitulum. xvij.

Ouidi9 Sint procul a nobis iuuenes vt femina compti
Fine coli modico flamma virilis amat
Barba viros hirteq; decent in corpore ſete
Forma viros neglecta decet

Q; omne vetitum ſit dulce. Capitulū. xviij.

Ouidi9. Quod licet ingratū eſt / quod non licet acri9 vrit
Cui peccare licet peccat minus ipſa poteſtas
Semina nequicie languidiora facit
Deſine crede michi vicia irritare vetando
Nitimur in vetitum ſemper / cupimuſq; negata
Sic interdictis imminet eger aquis
Quicquid ſeruatur cupimus magis / ipſaq; furem
Cura vocat / pauci quod ſinit alter amant
Vidi ego iactatas mota face creſcē flāmas
Et vidi nullo concuciente mori
Aſper equus duris contūditur ora lupatis
Frena minus ſentit quiſquis ad arma facit
Acrius inuitos multoſq; ferocius vrget
Quā qui ſeruicium ferre fatentur amor
Parce puer ſtimulis et forcius vtere loris.

De etate iuuenili. Capitulum. xix.

Sit adoleſcentis etas ſuſpectior / etas Thobias
Lubrica / delicijs ebria legis egens
Ignoratur enim penitus ⁊ ∴ Iuuenis leuis etas ∴ Aut.
Per quas viuendi poſſit diſcurrere metas
Gaudia ſemper amat et ludicra verba iuuētus Pāphilꝰ
Et iuuenum mentes hec in amore mouent
Verbula ficta iocis iurgia nulla mouent
Exercet corda iuuenum venus inſidioſa
Quiſqꝫ per hoc ſtudium colligit ingenium
Quod vicinitas femine magis vrat. Capitulum. xx.
Noticiam primoſqꝫ gradus vicinia fecit Ouidiꝰ.
Feruida vicino flamma vapore nocet
Nam ſolet amoto plus ledere proximus ignis Pāphilꝰ
Si foret amota lederet ipſa minus
Si dominū queris fuge colloquiū mulieris Spe. m.
Colloquium quarum non eſt niſi virus amaruꝫ
Tucius eſt vere morſum fugiendo cauere
Quam prope ſerpentem procumbere virus habentem
Quando temptatio magis preualeat. Capitulum. xxi.
Mens erit apta capi tunc cum letiſſima reruꝫ Ouidiꝰ
Vt ſeges in ſterili luxuriabit humo
Pectora dum gaudent / nec ſunt aſtricta dolore
Ipſa patent blanda / tunc ſubit arte venus
Ad luxum nequeunt triſtia corda trahi Maximꝰ
Non ſolet ad meſtos illa venire thoros Pāphilꝰ
Dum nouus errat amor vires ſibi colligit vſu Ouidiꝰ.
Si bene nutrieris tempore firmus erit
Naſcitur exiguus ſed opes acquirit eundo
Quaqꝫ venit multas accipit amnis aquas
Vſu creſcit amor omnis / dediſcitur vſu Pāphilꝰ
Omnis et impaſtus attenuatur amor

Perpetuo lignis creſcit creſcetil us ignis
Detrahe ligna foco ꝓtinus ignis abeſt

Qꝫ amor per ſigna erumpat. Capitulum.xxij.

∴ Ouidi MEns patet ĩ facie. quis enĩ bene celat amorẽ
Eminet indicio ꝓdita flamma ſuo
Pãphil9 Vix celare poteſt intima cordis amor
Occultare nequit ſua lumina maximus ignis
Ouidi9. Ardeta in facie pignora mentis habet
Mathe9. Riſus /amor/ coitus / ventris conceptio triplex
Indicium leſe virginitatis habent

De corruptione carnis. Capitulũ.xxiij.

Pãphil9 PEr veneris morem virgo cito perdit honorem
Igneus ille furor neſcit habere modum
Non leue vulnus habent violenta cupidinis arma
Ouidi9. Leſa pudicitia nulla reparabilis arte eſt
Deperit ipſa ſemel irreperabiliter

Que ſit virginitas carnis / que mentis. Ca.xxiiij.

Proſper CArnis virginitas intacto corpore habetur
Virginitas anime eſt intemerata fides
Qua ſine corporei nil prodeſt cura pudoris
Sed mentis pietas ſeruat vtrumqꝫ bonum.

Que mulier ſit caſta. Capitulnm.xxv.

Ouidi9. LVdunt formoſe/ caſta eſt quã nemo rogauit
Si qua metu dempto/ caſta ẽ/ ea deniqꝫ caſta ẽ
Que quia non liceat non facit/ illa facit
Vt iam ſeruaris bene corpus adultera mens eſt
Nec cuſtodiri ni velit/ illa poteſt
Nec mentem ſeruare potes / licet omnia claudas
Omnibus excluſis intus adulter erit

Qꝫ non ſit gloriandũ de caſtitate. Capitulũ.xxvi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Qvando potes ſubici non debes dicere vici — Zozimas
Premia victorum pendent a fine laborum
Vt ſcriptura ſonat finis non pūgna coronat
Propoſito morum ſubit hoſtis vbiqȝ locorum
Semper erit preſto/quod et obſtet/et inſtet honeſto
Cum bene pūgnabis/cum cuncta ſubacta putabis
Que magis infeſtat vincenda ſuperbia reſtat
Sola enim innumeris armata ſuperbia telis — Proſper
Cui poſſunt vires/et benefacta dare.

¶ Qȝ non ſit corruptio carnis circa cōſenſū mentis.

Mens illeſa nichil violato corpe ꝑdet ¶ ca. xxvij — Proſper
Inuitam carnē vulnera non maculant
Nec tamen facti recipit non mixta voluntas
Velle magis facinus q̄ꝫ tolerare nocet
Sic aut ad cordis penetralia cuncta recurrunt
Vt plerumqȝ animus ſit ſine carne nocens
Cumqȝ ab intacto ſemotum corpore ſolum eſt
Concipit/et rectis motibus intus agit
Omne genus vicij ꝓprio tantum valet actu
Et peccata ſua queqȝ gerunt faciem.

¶ De indiſcretione amancium. Capitulum. xxviij.

Non bene conueniunt nec in vna ſede morantur — Ouidi9.
Maieſtas ⁊ amor/quid non amor īprob9 audet
Nobilitas ſub amore iacet quod dedecet ipſam
Depuduit vacuuſqȝ pudor ſua ſigna reliquit
Quid deceat/quid non/nō videt vllus amans
Sentit amans ſua dampna fere/tamen heret in illis
Materiam culpe proſequitur qȝ ſue
Pauper amet caute/teneat maledicere pauper
Multaqȝ diuitibus non pacienda feret

¶ Qm̄ ȝȝ amor lateat ſub nomine amicitie. c. xxix.

Querul9 SVnnit amicitie virtus in nomine vires
Ouidi9. Intrat amicitie nomine tectus amor
Tuta frequēsq3 via est per amici fallere nomen
Tuta frequēsq3 licet sit via crimen habet

De inconstancia amancium. Capitulū.xxx.

Pāphil9 MEns animusq3 manet inconstās semꝑ amātis
O deus in q̄ntis animus versatur amantis
Quem timor hac illac pellit amorq3 grauis
Esse quod optat amor/hoc vetat esse timor
Pellitur huc animus hominū/modo pellitur illuc
Sepe labore breui dum manet in dubio
Ouidi9. Non bene cum socijs regna venusq3 manēt
Bocius Quis legem det amantibus / maior lex amor est sibi.

De vi amoris. Capitulū.xxxi.

Pāphil9 INgeniosus amor portas claustraq3 relaxat
Vincit quicquid obest ingeniosus amor
Ouidi9. Nox et amor vinūq3 nichil moderabile suadent
Illa pudore vacat/liber amorq3 metu
Cleric9 Audacem faciunt amor et nox/itaq3 preceps
Que fragiles armant ad mala queq3 manus

Q ꝫ in amore multi sint dolores. Cap̄.xxxij

Ouidi9. QVod iuuat exiguū est/plus est q̄d ledit amātes
Proponant animo multa ferenda suo
O q̄ꝫ iocundus miserorum morbus amantuȝ
Et q̄ꝫ blanda gerit gaudia seuus amor
Quot lepores in acho/quot apes pascuntur in ybla
Cerula quot bacas palladis arbor habet
Litore quot conche tot sunt in amore dolores
Que patimur multo spicula felle madent
Bocius Habet hec voluntas omnis stimulis agit furentes
Apiūq3 par volantum/vbi grata mella fudit

Fugit et nimis tenaci ferit icta corda morſu
De tormento male conſciencie. Capitulū.xxxiij
Sva fiſſe putas / quos diri conſcia facti Juuenal
Mens habet attonitos et ſurdo verbere cedit
Occultum quaciens animo tortore flagellum
Pena animi vehemens qua non eſt ſeuior vlla
Nocte diuq; ſuum geſtare in pectore teſtem
Has patitur penas peccandi ſola voluntas
Nam ſcelus intra ſe tacitum / q̄ cogitat vlluz
Facti crimen habet ſceleris .·. veniamq; coactus .·. Pares
Error habet facti .·. paciencis namq; reatum .·. Alexā
Vis illata leuat / minuitq; coactio culpam
De celandis ſecretis amancium. Capitulū.xxxiiij.
Semper amans delicta pati bene debet amantis Pāphil9
Culpe cōmunis fer pacienter onus
Sed decet archanum celari ſemper amantuz
Nam dixiſſe pudet / cuz pudor omnis abeſt
Q multa ſunt que deceat neſciri. Capitulū.xxxv.
Multa viros neſcire decet / pars maxima rerū Ouidi9
Offendet / ſi non interiora tegas
Pluraq; ſunt ſemper deteriora bonis
Multaq; dum fiunt turpia / facta placent
Q corā pueris nō debent exerceri turpia.c.xxxvi
Maxima debetur puero reuerencia / Cum quid Juuenal
Turpe paras / nec tu pueri cōtempſeris annos
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans
Nam ſi quid dignum cenſoris fecerit ira
Quādo quidez et ſimilez non ſe tibi corpore tm̄
Nec vultu dederit morum quoq; filius / et cum
Omnia deterius tua per veſtigia peccet
Corripies nimirum et caſtigabis acerbo

Clamore/ et poſt hec tabulas mutare parabis
Unde tibi frontem libertatemqȝ parentis
Cum facias peiora ſenex/ vacuumqȝ cerebro
Jam pridem caput hoc ventoſa cucurbita querat
Gratum eſt ꝙ ciuem patrieqȝ dediſti
Si facis vt patrie ſit ydoneus vtilis agris
Vtilis et bellorum et rebus pacis agendis
Plurimū em̄ intererit/ quibus artibus / et q̄b9 hunc tu
Moribus inſtituas velocius et citius nos
Corrumpunt viciorum exempla domeſtica/ magnis
Cum ſubeant animos auctoribus / vnus et alter
Forſitan hec ſpernēt iuuenes / quibus arte benigna
Et meliore luto finxit precordia titan
Sed reliquos fugiendo patrum veſtigia ducunt
Et monſtrata diu veteris trahit orbita culpe
Abſtineas igitur dampnis huiuſce et em̄ vel
Vna potens racio eſt / ne crimina noſtra ſequātur
Ex nobis geniti / quoniā dociles imitandis
Turpibus et prauis / omnes ſumus / et catilinā
Quocumqȝ in populo videas / quocūqȝ ſub axe
Sed nec brutus erit / bruti nec auūculus vſq̄
Nil erit vlterius quod noſtris moribus addat
Poſteritas / eadem cupient facientqȝ minores.

Pāphil9 Qr ſepe innocentes infamentur. Capitulū. xxxvij.

Sepius immeritas incuſat fama puellas
Non decet in ſolo nos habitare loco
Nam loca ſola nocent infamia naſcitur inde
Rebus in hijs maior nimis eſt infamia vero
Ouidi9. Credere q̄ iubeant locus eſt et nomen et iudex
Et qd amans ſemper quod timet eſſe putat
Pāphil9 Sed perſtat verum rumor et ipſe cadit.

De conſuetudine peccandi. Capitulum. xxxviij

Aſſerit vt ſolomon tria ſunt verſucia quorum — Thobias
Excludit fragiles cōmodiore domo
Hec tria ſunt / fumus / aqua ſtillans / noxia coniunx
Eſt aqua conſuetum ſcelus / ignorancia fumus
Coniunx eſſe poteſt / nata nocere caro
Interdum rapimur vicijs / ſequimur volentes — Maximus
Et quod non capiunt pectora bruta volunt
Credo equidem aſſuetas animo remeare figuras
Et fallax ſtudium ludit ymago ſuum
Conſuetudo potens natura forcior ipſa eſt — Alexād
Conſueti ſceleris :. vicium didiſcitur egre — :. zozi.

Quod non ſit gloriandū de peccato. Capitulū. xxxix

Quis furor eſt que nocte latent / in luce fateri — Ouidius.
Et que clam facias / facta referre palam
Ignoto meretrix corpus iunctura quiriti
Oppoſita populum ſubmouet ante ſera
Tu tua proſtitues fame peccata ſiniſtre
Commiſſi pages iudiciumque tui
Gloria peccati nulla petenda tui eſt
Parua queror / finguut quidam / que vera negarent
Et nulli non ſe concubuiſſe ferunt
Corpora ſi nequeuut / que poſſunt nomina tangunt
Famaque non tacto corpore crimē habet
Quid tuti ſupereſt cum nominis extet adulter
Et credi quod nō contigit eſſe cupit
Sed meriti famā corpuſque animūque pudicum
Qui male perdiderit / perdere verba leue eſt

De opinione amancium. Capitulū. xl.

Iupiter eſſe pium ſtatuit quodcumque iuuaret — Ouidius.
Mos eſt antiquus vt amicam querat amicus

Eſt et ſemper erat/iuueni ꝙ virgo placebat
Quis non laudauit ſi pulchram pulcher amauit
Vltra non cures nouerunt talia plures
Talia qui faciunt/nō omnes inde ꝑibunt
Multi ſaluantur qui plus peccaſſe probantur
Non ego ſum ſola que ſum maledicta vocata

De culpa non defendenda. Capitulū.xli.

Iuuenal. Nobilis et varia eſt ferme natura maloruz
Cum ſcelus admittunt ſupeſt cōſtancia/ꝙ fas
Atqꝫ nefas tandem incipiunt ſentirē peractis
Criminibus/tamen ad mores natura recurrit
Damnatos/fixa ac mutari neſcia/nam quis
Peccandi finem poſuit ſibi/quādo recepit
Eiectum ſemel attrita fronte ruborem
Defenſor culpe dicit michi/fecimus et nos
Hoc iuuenes/eſto/deſiſti nempe/nec vltra
Fouiſti errorem/breue ſit quod turpiter audes
Quedaz cuz prima reſecētur crimina barba

De amore clericoruz. Capitulū.xlij.

Ouidis. Carmina qui facimus mittamus carmina tātū
Hic chorus ante alios aptus amare ſumus
Adde ꝙ inſidie ſacris a vatibus abſunt
Et facit ad mores ars quoqꝫ noſtra ſuos
Nec nos ambitio/nec amor/nos tangit habendi
Contempto colitur lectus et umbra foro
Sed facile heremus/validoqꝫ perurimur eſtu
Et nimium certa ſcimus amare fide
Scilicet ingeniuz placida mollitur ab arte
Et ſtudio mores conuenienter eunt
Solus in arte ſagax eſt clericus/ergo decēter
Solus amat/cum ſit arte regendus amor

Q nec actu nec corde ſit mechandum. Cap̄.xliij

LEx vetat antiquos mechari corporis actu Auctor.
Mechari corde nos pie xp̄e vetas

De fugienda luxuria. Cap̄.xliiij.

REſpice luxuriam/q̄ ꝓdiga ſanguinis hoſtis Thobias
Eſt aīe fragilis carnis amica nocens
Huius eris magni victor in arce iouis Ouidi.

De habenda vxore legitima. Capitulū.xlv.

SOlam ſolus ama ſponſam/ſolā cole/ſoli
Huic ſocie/ſolum te ſociare velis
Hos demon perimit quos delectatio carnis
Non ſobolis ſtimulat virginitate frui
Quiſquis ſicut equus aut mulus gaudet abuti
Coniugio/carnis victus amore perit
Felix coniugium par copula/dum ſociantur
Quorū par etas /par genus /vna fides
Gracia dū nubit nature/fructus amoris
Plenior eſt/fauor hinc/militat /inde genus
Par etas animos conciliare ſolet. Maximꝰ

Q turpe ſit pro queſtu mechum admittere.
Capitulum.xlvi.

TVrpe thori reditu/cenſus augē paternos Ouidiꝰ.
Et faciem lucro proſtituiſſe ſuam
Gracia pro rebus merito debetur inemptis
Pro male conducto gracia nolla thoro
Omnia conductor ſoluit mercede ſoluta
Nec manet officio debitor ille tuo
Stat meretrix certe quouis mercabilis auro
Et miſeras iuſſo corpore querit opes.

Qualiter viuendum ſit cuz vxore. Capitulū.xlvij

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Juuenal'

SI tibi ſimplicitas vxoria/deditus vni
Eſt animus /ſubmitte caput ceruice parata
Ferre iugum/nullam inuenies que parcat amāti
Nil vnq̄ inuita donabis coniuge/ vendes
Hac ꝓhibente nichil/nichil hec ſi nolit emetur
Hec dabit affectus /ille excludatur amicus
Sit formoſa decens /diues /fecunda/ vetuſtos
Porticibus diſponat auos /intactior omni
Rara auis in terris /nigroqꝫ ſimillima coruo
Que tāti grauitas/que forma vt ſe tibi ſemper
Imputet/huius enim cari ſummiqꝫ voluptas
Nulla boni/quociens animo corrupta ſuperbo
Plus aloes ꝗ̄ mellis habet ⁊c̄

De effectu coniugij. Capitulum.xlviij

Ouidi⁹.

QUid gen⁹ oē erat volucꝝ / niſi blāda voluptas
Nec coeunt pecudes /ſi leuis abſit amor
Prima feros habitus homini detraxit/ab illa
Venerum cultus mundaqꝫ cura fuit
Mille per hanc artes peperit vrbane voluptas
Nec quiſq̄ federa ſubit amoris expers
Delectant etiam caſtus p̄conia forme
Virginibus cure grataqꝫ forma ſua eſt
Reddite depoſitum pietas ſua federa ſeruet
Fraus abſit vacuas cedis habere manus
Lite fugant nupteqꝫ viros nuptaſqꝫ mariti
Inqꝫ vicem credunt res ſibi ſemꝑ agi
Hoc decet vxores dos eſt vxoria lites
Audiat optatos ſemper amica ſonos
Non legis iuſſu lectum veniſtis in vnum
Fingitur in vobis munere legis amor

Explicit liber Septimus